

TRADUZIONE del paleografo

Blancha Maria Vicecomes ducissa Mediolani ac Papie Anglerieque comitisa ac Cremona domina. Non arbitramur solum verum etiam plane dignoscimus ad honorem et decus celeberrime urbis nostre Mediolani et civium ibi nostrorum complacentum cessurum si in eorum numero collocaverimus Nobiles dilectos nostros Georgium et fratres de Monetarijs qui propter solidam in nos fidem et devotionem de nobis benemeriti sunt ut igitur eos bene fidentia et benignitate aliqua nostra complectamus. Attenta maxime informatione de eis habita a vicario et duodecim provixionum huius urbis nostre per litteras ibi datarum die XIIIII februarij anni presentis, tenore presentium: certa scientia et de nostre potestatis plenitudine ac omnibus modo iure via et forma causaque quibus meilius et validius possumus ipsos fratres et fillios et descendentes suos ac descendantium descendentes infinitum facimus constituimus et creamus cives et de jurisdictione huius urbis nostre Mediolani ita et taliter quod de cetero et ab hodierna die in antea in civitate e ducatu eiusdem emere requirere et tam ex testamento quam ab instato et aliter quomodocumque succedere et vendere alinare contrahere et distrahere et domum extra omnia et tam iuridicio quam extra agere exercere et facere possint et valeant quam possunt et posse dignoscimus alij cives ipsius urbis nostre videlicet naturales originarij et antiquissimi decernentes etiam ac intendentes et volentes eosdem fratres filliosque suos descendentes et descendantium descendentes et eorum quemlibet in ipsis urbe ducatique nostris et ubique terrarum fungi posse et debere omnibus illis imunitatibus prerogativis capitulis exemplioribus privilegijs pactis conventionibus gratijs et alijs beneficijs quibus ipsi alij nostri cives naturales legiptimi originarijque cives et per

TRADUZIO NÈ d. l. paleorat.

2.

immemorata tempora possunt et proinde ac si dicti fratres et descendentes
ac descendantium descendentes ipsius urbis nostre veri naturales legi-
ptimi originarij cives essent et per immemorata tempora hactenus estetis-
sent. Et hac omnia aliquibus legibus statutibus ordinibus decretis provi-
xionibus iuribus ordinamentis et alijs in contrarium disponentibus et
facientibus vel aliter formam dantibus nequamque attentis. Quibus omni-
bus cum expressa inclusione quorumcumque tacite vel expresse in hac par-
te dumtaxat ex certa scientia et de antedicto nomine potestatis plenitudi-
ne derogavimus et derogamus esse volumus et iubemus suplentes etiam om-
ni defectui cuiuslibet solemnitatis tam intrisace quam extrinsice que in
premissis dici posse et alogari fuisse servanda ac denique mandates pote-
stati nostro ac vicario et duodecim provisionum ac sindicis communis eiu-
dem urbis. Nec non magistris intratarum nostrarum ordinariarum et
extraordinariarum ac demum omnibus et singulis officialibus et subditis
nostris ad quos spectat et spectare possit in futurum quatenus has nostras
civilitates et gratie litteras perpetuo valituras observent firmiter et
faciam inviolabiliter observari nec contra eas intentare nec facere ali-
quid presumant pro quanta nostram caripendunt gratiam. In cuorum testi-
monium presentes fieri jussimus et registrari nostrique sigilli munimine
roborari.

Datum Mediolani die primo martij MCCCCLVIII

*Die primo martij MCCCCLVIII
Fratres et descendentes ipsius urbis nostre veri naturales legi-
ptimi originarij cives
et per immemorata tempora hactenus estetis-
sent. Nec non magistris intratarum nostrarum ordinariarum et
extraordinariarum ac demum omnibus et singulis officialibus et subditis
nostris ad quos spectat et spectare possit in futurum quatenus has nostras
civilitates et gratie litteras perpetuo valituras observent firmiter et
faciam inviolabiliter observari nec contra eas intentare nec facere ali-
quid presumant pro quanta nostram caripendunt gratiam. In cuorum testi-
monium presentes fieri jussimus et registrari nostrique sigilli munimine
roborari.*